



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 123. Copiarum Imperialium, & Anglorum expeditiones in Picardia, & Campania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. nem urbi præfecerat , qui tamen pessi-
A.C. 1522. me officio suo functus est.

§. CXXIII.

*Copiarum Imperialium & Anglorum
expeditiones in Picardia & Campania.*

Polyd. Vir- Cæsar ubi in Hispaniam perveniens
gil. hist. Ang. Fonterabiæ obsidionem solutam com-
l. 27. pererat , ingentem exinde dolorem con-
Mem du Bel. ceperit , eo potissimum nomine , quod An-
lai l. 2. gliæ Rex Hispanis præsto esse , Gallos-
que ex urbe mutuis auxiliis propellere
promisisset . Nihilominus Angli ad ali-
am expeditionem vires suas Cæfareis
jungebant , Picardiam & Campaniam
unitis armis invadentes : Attamen nul-
lo singulari facinore fese illustres redde-
bant , quamvis ambo hi exercitus , ex
quibus Cæsareo Bureus Comes , Anglo-
co vero Surregiæ Comes præerat , Gal-
lorum copiis tanto numero Superiores
essent , ut Vindocinensis Dux , qui Picar-
diæ præfectus erat , illis resistendo im-
par haud amplius efficere posset , quam
ut urbibus valido præsidio munitis cum
expedita suorum manu hostem continen-
ti levique prælio lacefferet : Cum vero
ambo hi Belliduces in mense Septembri
Hedenæ urbis obsidionem pararent ,
Franciscus Galliarum Rex , ut pecunias
conquireret , nil intentatum , inausumque
relinquere compellebatur . Ergo præpri-
mis

mis regios census in Lotharingiæ Ducis **Sæcul. XVI.**
 favorem alienavit, atque in eundem Ban- **A.C. 1522.**
 villæ & Castræ Morellæ Principatus em-
 ptionis jure transtulit, hancque in rem
 diploma Regium expediri jussit, ne quic- *Daniel hist.*
 quam reclamante Parisiensi Parlamento, *de Franc. t. 5.*
 ac ærarii Curia; Regis enim voluntati *p. 483. & t. 6.*
edit. 1719.
 omnino obtemperandum erat. Præterea
 singulis ferme diebus justitiæ officia ven-
 didit, ac nova etiam eaque quamplu-
 rima, quibus tamen Franciæ Monarchia
 per undecim omnino sæcula & amplius *Gervais. vie*
 facile carebat, instituit tribunalia, ve- *de S. Mart.*
ftigalia auxit, novaque varii generis tri- *p. 328. &*
buta adinvenit: quinimo a sepulcro S.
Martini Turonensis clathrum abstulit ar-
genteum, quod a Ludovico XI. apponi
jussum sexies mille septingentas septua-
ginta sex l[ong] marchas argenti ponderabat,
illudque ad monetæ officinam deferri
præcepit, ut inde nummi cuderentur,
quorum aversa pars figuram hujus cla-
thri exhibebat. Ferunt, Regem ex Can-
cellarii sui consilio hoc facinus attentasse.

§. CXXIV.

Hedenæ obsidio ab Anglis soluta.

Jam quinto aut sexto ferme mense An- *De Rapin.*
 glorum exercitus Hedenam urbem *Thoiras hist.*
 incassum oppugnabat; Vindocinensis e- *Ang. tom V.*
 nim Comes opportune introducebat Bic- *vit Henrici*
 zium, Socurium & Landium, tres Bel- *VIII. p. 166.*
 lidu-